



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Episcopo Liciensi, & Priori sanctæ Mariæ Roccæ maturæ Hydruntinensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

litigare. Verum cum praedictum Comitem convenies ut pro tantis malis tantisque periculis evitandis in iusta controvèrsia juxta mandatum & dispositionem nostram ad iustitiam se offerret, respondit se Antiochiam ab Imperatore Constantiopolitano tenere, nec sibi videri tutum aut justum ut de ipsa conuentus in alterius quam ejusdem domini sui iudicio responderet. Addidit etiam ipsum Imperatorem hanc à nobis indulgentiam impetrasse ut deinceps Comitem non cogeremus eundem de Antiochia sub ecclesiastico iudice litigare. Quid autem super iis tibi esset agendum, certificari responso sedis apostolicae postulasti. Ad qua sic duximus respondendum, quod cum memoratum Regem Armeniae propter gravissimam offendam quam Deo & Ecclesiae Antiochenae asseritur intulisse mandaverimus vinculo excommunicatio- nis astringi donec satisfaceret competenter- tu, si ante hujus mandati susceptionem ex alia causa ligatus non fuerit, quoad illam qua modò tenetur secundum formam Ecclesiae beneficium ei absolutionis impendas, injungens eidem quod de jure fuerit injun- gendum. Super eo verò quod à Comite Tripolitano super Antiochiam & principatu ejus petit sibi prinepte suo iustitiam exhiberi, per grave delictum quod commisit ibidem reddidit se ad præsens indignum, ut ad tempus ei auxilium Ecclesia denegetur qui contra eam ad atrocem injuriam manus præsumptuofas extendit. Illud autem quod praefatus Comes Tripolitanus nos Imperatori Constantiopolitano afferit induluisse, non dubites penitus esse falso; & quod dicit se non teneri de Antiochiam & principatu ejus ecclesiasticum subire iudicium, reputes omnino frivolum & inane.

*E P I S C O P O L I C I E N S I ,
& Priori sancte Marie Roccæ mature
Hydruntinensis.*

Epist. 8.
De quodam
monacho reci-
piente.

C Vm Abbatii Neritonensi nostris de- derimus litteris in mandatis ut A. monachum suum reciperet salva ordinis disciplina, idem mandatum nostrum & monitiones venerabilis fratris nostri Castrensis Episcopi & aliorum quos monitores deputaveramus eidem præteriens aure surda, id efficere non curavit. Præterea utens pontificalibus indumentis, officium quoque Pontificis non metuit usurpare, confirmando pueros, crucem in populo faciendo solemnum, subditos sibi benedicendo Abbates, & minores etiam ordines conferendo, afferens super his se nuper à nobis privilegium impetrasse, sicut dile-

Tom. II.

etus filius Neritonensis Archidiaconus, per quem de iis inquire mandavimus, per suas nobis litteras plenius intimavit. Ideoque discretioni vestra per apostolica scripta mandamus quatenus ipsum ut monachum salva ordinis disciplina recipiat antedictum per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellentes, auctoritate nostra injungatis eidem ut usque ad duos menses nostro se conspectui repræsentet, qua ratione praedicta exerceat ostensurus. Quod si forte infra praedictum terminum ad nostram venire praesentiam non curarit, vos ipsum ex tunc ad id per suspensionis sententiam sublatu appellationis obstaculo compellatis. Tu denique, frater Episcope, super te ipso &c. Datum Laterani xii. Kal. Aprilis, pontificatus nostri anno sextodeci- mimo.

CAPITVL O SV ESSIONENSI.

P Ræsidium favoris apostolici petitiones illæ merentur per quas jus non ladi- tur alicuius & alteri subvenitur. Postulatis sanè vobis à sede apostolica indulgeri li- centiam regimendi decimas quæ infra me- tas parrocharum vestiarum in feudum à laicis detinentur. Nos autem volentes su- per hoc Ecclesiis quibus hujusmodi deben- tur decimæ providere, preferri eas volu- mus in redēptione talium decimarum; quod si nolint, vel forte non possint, re- dimendi eas ad opus illarum Ecclesiarum vobis concedimus facultatem; proviso nihilominus ut confuta servitia ad quæ laici pro decimis illis Ecclesiis tenebantur, etiam post contractum taliis venditionis im- pendant, cum ad eos pretium perveniat earundem; nisi forte tam modice pretio velint esse contenti quod ob hoc Ecclesia ab exactione servitorum illorum, tam- quam pro redēptione majoris incommo- di, commode valeant abstinere. Nulli ergo &c. concessionis &c. usque incursum.

Datum Laterani xii. Kalendas Aprilis, pontificatus nostri anno sextodecimo.

*L V N D E N S I A R C H I E P I S C O P O
apostolica sedis Legato.*

P Er tuas nobis litteras intimasti te quendam falsarium in vinculis detine- re, qui sedis apostolicae mentiens se Lega- tum, nomine ac officio Episcopi usurpat, in multis pontificale præsumpsit officium exercere. Super quo tibi rescribi desideras nostræ beneplacitum voluntatis. Nos igitur sollicititudinem tuam in Domino com- mendantes, fraternitati tuae per apostoli- ca scripta mandamus quatenus quicquid

A A a a ij

Epist. 9.
De redēptione
decimatum.

Epist. 10.
Adversus qd-
dam fallum
Legatum.